



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 133. Angli ob prædictam pacem Duci graviter indignati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

A. C. 1435.

§. CXXXIII.

Angli ob prædictam pacem Duci graviter indignati.

Polydor.
l. 23.

Promulgata ubique pax universis Francis summum gaudium attulit, ringentibus econtra ultra modum Anglis, qui ibi circo non sine stomacho Burgundiæ Ducis Legatos, probris ac contumeliis oneratos remiserunt, perjurum ac foedifragum eorum Dominum criminantes, eoquod concordie cum Carolo VII. initæ subscribere, do, fœdera cum ipsis antehac icta perinde violasset. Unde cunctos Burgundi subditos mercaturæ, aut aliorum negotiorum causa in Anglia existentes, tota lingua expulerunt.

§. CXXXIV.

Ducis Bedfordiæ & Reginæ Caroli VII Matris obitus.

Sub idem tempus maximo rei Anglicæ detrimento, mortuus est Dux Bedfordiæ Regis Angliæ patruus, & Franciæ administrator: Eo enim sublato non nisi Viri feroces, stolidi, atque a sana agendi ratione ac prudentiæ legibus alieni infauso prorsus fato rerum summam gerebant. Interea vero Galli admotis scabulis Deppæ mœnia transcendunt, urbemque occupant. Magnanima Victorum comitatus